

**www.e-rara.ch**

**Numismata summorum pontificum templi Vaticani fabricam indicantia**

**Buonanni, Filippo  
Lonigo, Michele  
Romae, 1700**

**ETH-Bibliothek Zürich**

Shelf Mark: Rar 1332 q

Persistent Link: <http://dx.doi.org/10.3931/e-rara-13083>

Caput III. De mensuris antiquae basilicae.

---

**www.e-rara.ch**

Die Plattform e-rara.ch macht die in Schweizer Bibliotheken vorhandenen Drucke online verfügbar. Das Spektrum reicht von Büchern über Karten bis zu illustrierten Materialien – von den Anfängen des Buchdrucks bis ins 20. Jahrhundert.

e-rara.ch provides online access to rare books available in Swiss libraries. The holdings extend from books and maps to illustrated material – from the beginnings of printing to the 20th century.

e-rara.ch met en ligne des reproductions numériques d'imprimés conservés dans les bibliothèques de Suisse. L'éventail va des livres aux documents iconographiques en passant par les cartes – des débuts de l'imprimerie jusqu'au 20e siècle.

e-rara.ch mette a disposizione in rete le edizioni antiche conservate nelle biblioteche svizzere. La collezione comprende libri, carte geografiche e materiale illustrato che risalgono agli inizi della tipografia fino ad arrivare al XX secolo.

---

**Nutzungsbedingungen** Dieses Digitalisat kann kostenfrei heruntergeladen werden. Die Lizenzierungsart und die Nutzungsbedingungen sind individuell zu jedem Dokument in den Titelinformationen angegeben. Für weitere Informationen siehe auch [Link]

**Terms of Use** This digital copy can be downloaded free of charge. The type of licensing and the terms of use are indicated in the title information for each document individually. For further information please refer to the terms of use on [Link]

**Conditions d'utilisation** Ce document numérique peut être téléchargé gratuitement. Son statut juridique et ses conditions d'utilisation sont précisés dans sa notice détaillée. Pour de plus amples informations, voir [Link]

**Condizioni di utilizzo** Questo documento può essere scaricato gratuitamente. Il tipo di licenza e le condizioni di utilizzo sono indicate nella notizia bibliografica del singolo documento. Per ulteriori informazioni vedi anche [Link]

## CAPUT III.

## De Mensuris antiquæ Basilicæ.

**M**ENSURAS autem ejusdem Basilicæ indicatas *huc assero ab eodem Severano ex italico in latinum idioma translatas*; Sic enim ille refert lib. De Septem Ecclesiis pag. 37. & seq. Apsis longitudine occidentem versus protensa palmis 44. lata 80. Inter Apsidem, & Basilicæ corpus transversa navis exurrebat, à meridie ad Boream palmis 390., habebatque latitudinem palmorum 70. Naves illi conjunctæ ab oriente ad occidentem protrahebantur 406. palmis in longitudine carum media omnium amplissima 106. palmis, in latitudinem exurrebat, reliquæ hinc inde naves minoris latitudinis erant, illæ namque duæ, quæ à dextro laterc ad meridiem, & à sinistro ad Boream mediæ adjacebant, in latitudine 38. palmis constabant, posteriores ante dictis contiguæ ex utraque parte Basilicæ muro adiacentes palmos 39. latitudinis scorsim habebant: tota demum area Basilicæ in latitudine à meridie ad Boream palmis 280. comprehendebatur.

Hæ sunt Basilicæ mensuræ à Severano relatæ: unde nàm ille eas acceperit omnino ignotum mihi est; at æquè perspicuum eas nimis immaturè è calamo effluuisse, neque mensuris ab aliis Auctòribus relatis coæquari; quod ex ipsa numerorum supputatione clarissimè sic ostenditur. Tota Basilicæ area à meridie ad Boream, juxta Severani sententiam, palmorum 285.

Navis media palmorum 106.

Duæ proximæ 38.

Hi numeri si in unam

Aliæ binæ extrema 39.

39.

Summam colligantur, erit sum.pal. 260. Hic numerus si auferatur à summa palmorum 285. quibus dicebatur tota area commensurari, supererunt palmi 25. Igitur aut falsò afferitur totam aream palmis 285. commensurari, aut aliæ naves mensuris suppositis respondere. Insuper adnotavi falsò dici posteriores naves muro Basilicæ adjacentes palmos 39. scorsim habere in latitudine, quandoquidem scimus eas angustiores fuisse navibus, quæ mediæ adjacebant, quibus tamen palmos 38. Severanus attribuit.

Pag. 184.


Cupidus itaque veritatem è latebris expiscandi, ad Ichnographicam tabulam me contuli, quàm in primo tomo de Actis Pontificum vulgavit Oldoinus, easque itidem perlustravi, quæ studio Martini Ferrabosci, & Equitis Caroli Fontanæ in lucem prodierunt; at illas diligenter perscrutatus, adhibitis palmorum scalis, quas iidem suis tabulis addidere, valdè inter se varias inveni, licet singulis numerorum summæ exactissimè expositæ omnino respondeant; adiù propterea Ichnographicam tabulam in Archivo Vaticanæ Basilicæ collocatam, quam Alpharanus tempore Sixti V. delineavit, relatu quondam Jacobi Herculani Romani Qui (ut scribit Jacobus Grimaldus in suo tract. MS. de Lancea) à Paulo I V. Canonicus S. Petri, antea Beneficiatus, & edituus animarum Parochus, & Summi Pontificis Eleemosynarius, vita, & conversationis sanctissimæ, obiit anno 1573. & veterem Basilicam, antequam Julius II. deturbaret descripsérat, optimè viderat, & multa notatu digna observaverat; atque in ea dissimiles mensuras inveni. Quisnam horum auctòrum veram antiqui Templi aream descripsérat; cum mihi omnino impossibile sit dijudicare, singulorum Ichnographias in sequenti tabula numerorum beneficio exponam, ut quandoquidem veritatem indigitare non possim, relatos saltēm partes adimpleam utilitati curiosorum, adhibita palmorum mensura, quam mihi eadem Alpharani tabula suppeditavit.

## TABVLA 3.

pag. 12.


## ICHNOGRAPHIA BASILICÆ VATICANAÆ CVM MENSVRIS VARIORVM AVTHORVM

Alphar.	88
Seueran.	80
Ferrab.	85
Oldoin.	86
Fontana	75

Basilicæ Veteris  
altitudines ex Seuerano

Abris palm.	100
Nauis transuera	170
Media	170
Nauis proxime	82
Nauis extreme	82


Auctor del. et sculpt.



## TABVLA 4

pag. 13.

ICHNographia atrii quadriportici cum mensuris variorum aucthorum



Auctor del. et sculp.

